

ASTRONOMICVM.

Exemplum Diuisionis.

In Diuisione no tandum est atq³ opera danda, vt Diuisor toties sumatur in numero diuidendo, vt relictum post factam subductionem minus Diuisore remaneat, aequè ac in vulgari seu vulgaris Arithmetices diuisione fieri solet. Id verò quoties fieri possit, inspectio Canonis Hexacontadwn exhibet. Cum Diuisore itaq³ ingredere Canonem ingressu areali, Et sic numerus proximè minor eo à quo fieri debet subductio, ostendet è communi profelide in superiore latere seu Canonis margine quotum sibi directè superscriptum. Nihil enim refert, vtro in latere seu Canonis margine Diuisor sumatur, dicta namq³ communis illa profelis vtrobiq³ ostendet quotum in Canonis latere seu margine reliquo.

	2	2	2	2	
	3	3	3	3	
	6	6	6	6	
Diuidendus	3	8	8	8	8
		1	6	1	2
Diuisor	2	4	4	4	4
		2	2	2	2
Subducendi.	3	2	4	4	8
		3	4	4	
		2	4	4	
			2	4	8

Exemplum Extractionis Radicis.

Radice Extractio perficitur eodem modo ac in vulgaribus numeris, modo loco figuræ seu graduum vulgaris numeri hic numerorum Logisticorum species intelligantur, ipsaq³ species quacunq³ alternatim, perinde ac in vulgaribus numeris fieri solet (incipiendo à minimâ seu ultimâ versus dextram specie) sinistram versus punctulis superscriptis designentur ac denotentur, Posteaq³ Radix euellatur secundum præcepta vulgaris Arithmetices, sed adminiculo Canonis Logistici seu Hexacontadwn. idq³ areali ingressu aequè ac in diuisione, semperq³ circa Canonis Diagonium sumendo pro Radice numerum proposito numero proximè minorem.